

427 *Binchester*, fragmentum arae altum dig. 15¹/₈, latum 9⁵/₈.

..... a
 ————
 EX·C·FRIS
 VINO VIE
 5 V·S·L·M

Lysons rel. Brit. Rom. 1 p. 4 tab. 3 fig. 5 (inde Leemans Archaeologia 27, 1838 p. 224).

....A]mandus ex c(ivitate) Fris(iavonum) Vinovie v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

328 *Binchester*, built up in the court wall.

.....

 5 V S L M

Horsley p. 269 *Durh.* 30; Hutchinson *Durham* 3 p. 345.

429 Prope *Binchester*, on the road to Byers Green; it forms part of a raised footway adjoining to a foot bridge over the small stream called the Bell Burn, about ¹/₄ mile north of the station. Lapis altus est ped. 1 dig. 7, longus ped. 4.

D M S
 NEMONTNVS DEC
 VIXITANN·XL·NEM
 SANCTVS FR·F·COHERR
 5 EX TESTAMENTO FECERT

Lysons rel. Brit. Rom. 1 p. 4 tab. 3 fig. 3; Ph. Orkney Skene Archaeologia Aeliana 1, 1822 p. 142.

Exempla duo consentiunt.

D(is) M(anibus) s(acrum). Nem(esius?) Montanus dec(urio) vixit ann(os) XL. Nem(esius?) Sanctus fr(ater) et coher(edes) ex testamento fecer(un)t

430 In *Binchester* rep., servatur in *Newcastle* in museo.

≡ BELLNV ≡

Descripisi. Archaeologia Aeliana 4, 1850 p. 37; Bruce wall p. 394.

In fine praeter s nihil deest.

XXXVI. LANCHESTER.

Accedit Stanhope.

Inter stationes viae *Watling Street* dictae intra comitatum Dunelmensem sitas non maxima quidem, sed in quovis genere antiquitatum fertilissima *Lanchester* est, XII ad XIII m. p. Anglica a Vinovia versus septentriones sita. Itinerarium inter Vinoviam et Corstopitum (cap. XXXIX) unam tantum mansionem habet Vindomoram, a Vinovia distantem m. p. XVIII, quod fere quadrat in *Ebchester* hodiernam (cap. XXXVIII). Itaque nomen mansionis prope *Lanchester* ad confluentes *Browney* et *Smallhope* rivulos sitae (cf. Goughs Camden 3 p. 353. 369; Maclauchlan *Watling Street* p. 13; Bruce wall p. 347) in hoc itinere excidit. Quod ut recuperaret, Horsleius alius viae initium ibi fuisse coniecit, eius scilicet quae a Clanoventa per Galavam, Alionem, Calacum, Bremennacum, Coccium, Mancunium in ora insulae occidentali erat (v. supra capp. XX. XXI. XXVI. XXVII. XXIX). *Clanoventam* igitur, quam non diversam esse sibi persuasit a *Glannibanta* notitiae, quae ibi collocat tribunum cohortis primae Morinorum (p. 114* 28 Böck.), etiam nominis similitudine quadam longinqua ductus castra illa apud *Lanchester* esse putabat. Quae coniectura quamvis non careat quadam probabilitate, ut ab Horsleio expectaveris, tamen, ut nunc res sunt, probari certis argumentis nequit. Galavae enim situs itemque viae ab Alione (cap. XXIX) tractus ignoti sunt neque de cohorte illa Morinorum, quam in Britannia inde ab a. 104 militasse diploma eius anni docet (cf. titulus Salonitanus C. I. L. 3, 2049) ex titulis Britannicis quidquam praeterea innotuit. Nomen igitur castrorum prope *Lanchester* in incerto relinquendum est. Tegulae militares inde prodierunt nullae; praeter vexillationes legionis vicesimae Devensis (n. 447) eiusque fortasse cohortes (n. 448. 449), quae in muris castrorum muniendis aut reficiendis videntur occupatae fuisse, tituli ibi inventi referunt cohortes primam (non secundam; cf. *Rhein. Mus.* 11, 1857

p. 45) fidam Vardullorum (n. 435. 440 cf. 431) et primam Lingonum (n. 432. 445. 446 cf. 433), per quam principia et armamentaria restituta, item balneum cum basilica a solo instructa sunt. Utramque cohortem infra reperimus in castris fuisse etiam Bremenii (cap. LXII); unde ne ex illis quidem de nomine castrorum antiquo certi quidquam deducitur. Gordianum de castris reficiendis inprimis meritum esse praeter titulos insignes duos (n. 445. 446) etiam miliarium eiusdem imperatoris docet ibi repertum et infra edendum. Ceterum tituli eius loci militares sunt omnes (cf. n. 432); sepulcrales etiam simplices omnino desunt; lapides aliquot non scriptos, sed anaglyphis ornatos Horsleius protulit (p. 292 *Durh.* n. 20. 21 a. 22. 23. 27).

Auctorum antiquissimus, nam Camdeno tituli inde innotuerunt nulli, est

1. Christophorus HUNTER, qui in transactionibus philosophicis annorum 1700 et 1717 novem inde edidit. Sequuntur
2. Alex. GORDON in itinere septentrionali (n. 440. 445. 446. 447) et
3. HORSLEIUS (cum Hutchinsone), qui iam notis addidit quinque (n. 431. 434. 435. 436. 437); denique
4. BRUCE, per quem tres (n. 441. 444. 449) accesserunt. Quae Britton (*beauties of England and Wales* vol. 5 p. 206 ss.) exhibet non citavi, utpote ex auctoribus supra dictis desumpta omnia.

Ipse eos tantum titulos vidi, qui in bibliotheca Dunelmensi servantur.

Addidi titulos duos repertos prope *Stanhope* in *Weardale*, quod quanquam satis procul distat ab *Lanchester*, tamen ab eodem praefecto, quem hic reperimus, illic etiam aram dedicatam esse deprehendimus. Is nuper demum innotuit (n. 450); alter (n. 451) inde ab a. 1748 notus est; indicat autem duces Romanos tam ex *Lanchester* quam ex Longovicio, stationibus satis remotis, venandi ibi studio vacavisse.

431 *Lanchester*, built up in an enclosure HORSLEI. qui postea emit. Servatur in bibliotheca Dunelmensi.

in postica:

aescula
 ΠΙΟ
 T·FL·TITIANVS
 TRIB
 V·S·L·L·M

ἀσκληπιῶν
 τῆς ΦΛΑΟΥ
 ΟC ΤΙΤΙΑΝΟ
 ΧΙΔΙΑΡ
 Ο C ϕ

Contuli. Horsley p. 293 *Durh.* 25 et praef. p. XI (inde Goughs Camden 3 p. 370); Hutchinson *Durham* 2, p. 361, 13. 14; Bruce wall p. 351.

Titulus Graecus v. 1 in fine ΩΙ habere visus est Brucio et mihi; sed ΩΙ Horsleii lectio praestat. De Flaviis Titianis cf. quae dixi ad C. I. L. 2, 4118. Tribunus hic videtur fuisse cohortis I fidae Vardullorum, cf. n. 440.